

saeculi prosperitas extollit, adversitas dejicit,  
milites autem DEI sive in prosperitate, sive  
in adversitate immobiles perseverant, quia  
gloria eorum testimonium est conscientiae.  
Ubi requiescunt, quando tribulationes pati-  
tur mundus: uti timent hostem continentiae  
perpeti, quando suppetit abundantia volu-  
ptatum. Nam de radice temporalis felicitatis ger-  
minant spinæ cupiditatis. milites DEI liben-  
*car-*  
*nis* ter audiunt Beatum Johannem commilito-  
nibus propriis, tubâ fortiore clamantem:  
*Nolite diligere mundum, neque ea quae in*  
*mundo sunt, quae si quis diligit non est chari-*  
*tas patris in eo. Quoniam omne quod in*  
*mundo est, concupiscentia carnis est, & con-*  
*cupiscentia oculorum, & ambitio saeculi, quae*  
*non est ex patre, sed ex mundo est, & mun-*  
*dus transit, & concupiscentia eius, qui autem*  
*facit voluntatem DEI, manet in aeternum.*  
Quibus audientibus atq; obedientibus huic  
saluberrimæ admonitioni, quoties occul-  
ta dispensatio piissimi Redemptoris potesta-  
tem judicandi ac disponendi terrenam Rem-  
publicam tribuit, tunc ex parte militia saecu-  
li, non est gravioribus referta peccatis, tunc  
facile corripuntur inquieti, consolantur  
pusillanimes, suscipiuntur infirmi, licentia  
scelerum demitur improbis, & bene agendi  
fortitur innocentia libertatem. Rogemus  
ergo